

## Sezione A del bando

*Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novom. Quae illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae illi litteris, ea ego militando didici. Nunc vos existumate facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quamquam ego naturam unam et communem omnium existumo, sed fortissimum quemque generosissimum. ac si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset, mene an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis nisi sese liberos quam optumos voluisse? quod si iure me despiciunt, faciant item maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit. invident honori meo: ergo invideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi. Verum homines corrupti superbia ita aetatem agunt, quasi vostros honores contemnant; ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Ne illi falsi sunt, qui divorsissimas res pariter expectant, ignaviae voluptatem et praemia virtutis.*

Iug.LXXXV, 13-21.

**Sezione B:**

Saggio breve.

“Il confronto tra Cesare e Catone nel *De Catilinae Coniuratione*. Il candidato elaborò un saggio breve sull’argomento commentando il passo del *De Catilinae coniuratione* ed il giudizio del critico Antonio La Penna, anche con opportuni riferimenti alle proprie conoscenze sull’opera di Sallustio. (Dal *De Catilinae coniuratione*, capitolo LIV – Traduzione in italiano di Lidia Storoni Mazzolani) .*Virtus e magnitudo animi*, le qualità più alte dell’uomo e specialmente del romano, sono pari in Catone e Cesare [....] Sallustio ha voluto descrivere, differenziando, i *mores* dei due eroi ed affermare in entrambi valori ugualmente positivi per la *res publica*, ugualmente perenni”.[da Antonio La Penna, *Sallustio e la rivoluzione romana*, Milano, Feltrinelli 1968].